



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

644. An, & qualiter pensio entinguatur ob assumptam à Pensionario militiam sæcularem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

manibus laici suscipitur ad instar illius juramenti fidelitatis, quod Clerici & Ecclesiastici prestare solent, & possunt Principi laico ratione feudi, ratione cujus illi sub sunt. Vel etiam ad instar juramenti illius, quod clerici suscipientes tutelam, vel aliam administrationem à Jūdice laico, jurant benè & fideliter administrare, & rationes desuper reddere. Et dato, id etiam fieri non debere, nec posse, non tamen nisi actum illicitum continebit, ob quem Clericus à Superiore Ecclesiastico puniri potest.

3. Respondeo ad secundum primò : Feudum à Principe laico susceptum, cum sit militia, & quidem militia major eà simplice militia, magisque qualificata, & in qua magis solenne præstatur Principi laico fidelitatis ac subjectionis juramentum, incompatibilitatem omnimodam habere cum Clericatu sicut militiam aliam, & consequenter cum retentione pensionis Ecclesiastica, ait Card. de Luc. de pens. d. 46. n. 10. Item d. 48. n. 3. & 4. citans pro hoc, nempe, quod etiam ab hac militia à feudo resultant oriatur iste effectus incompatibilitatis cum Clericatu, & pensione. Tond. ir. de pens. c. 77. n. 7. licet Card. de Luc. loc. cit. n. 7. de hoc sub dubitare videatur, cum auctoris circumstantia actualis ad priorem feudi probabile disputationis (intellige super retentione pensionis) præbeat motivum. Loquitur autem *vir. d.* Cardinalis hic de feudo annexo Marchionatus, Comitis, Baronis, similive titulo, vel potius cui feudo annexa similis dignitas ipsum verò Marchionatū, Baronatum, dum merè honorarii sunt, seu verbalis solum dignitas, nullatenus hanc incompatibilitatem cum Clericatu, & pensionis retentione habere, tradit *ibidem* n. 3. juncto n. 7. ubi etiam à n. 10. plura habet de horum titulorum, ac dignitatum origine.

4. Respondeo ad secundum secundò : Feudum status Ecclesiastici acceptum à Papa comparati fecum non tantum pensiones, sed & beneficia ecclesiastica, imò & dignitates, etiam Episcopalem, tradit Card. de Luca. de pens. d. 46. n. 10. & 11. de quo vide dicenda *quæst. seq. limitat. ult.*

*Quæstio 644. An, & qualiter pensio extinguatur ob assumptam à pensionario militiam secularem?*

1. Respondeo: Pensionem Ecclesiasticam, seu reservatam Clerico, ut talis (qualis semper præsumitur in dubio, quamdiu expressè non constat esse reservatam laico. Card. de Luca de pens. d. 46. n. 3.) extingui assumptam militiam. Card. de Luca. de pens. d. 47. n. 3. d. 46. n. 3. & 4. d. 73. n. 16. ubi: quod per assumptionem militia secularis tanquam per speciem mortis civilis pensio cesset. Paris. l. 1. q. 1. n. 22. Ventrigl. ro. 2. annot. 11. §. 3. n. 24. Si quidem militia hæc ita incompatibilis est cum Clericatu, ut Clericus per eam dicatur recessisse à statu Clericali, eique implicite renunciasse, adeoque cum cessante Clericatu tanquam requisito substantiali cesset pensio, ea per assumptam militiam remanet extincta. Card. de Luc. *cit. d.* 47. n. 3. Ventrigl. *loc. cit.* Atque ita extinctio hæc pensionis ob militiam non tam provenit, quia sic à jure statutum, ut militia causet amissionem pensionis; sed quia per hujusmodi statum incompatibile cessat status Clericalis, sine quo pensio obtineri, vel retineri nequit. Card. de Luc. de pens. d. 42. n. 12. Unde jam etiam patet differentia latissima inter susceptionem officii secularis, & militiae, cum ex ista susceptione officii secularis non resultet necessariò

omnimoda illa incompatibilitas cum statu Clericali, ex qua oritur præsumptio dimissionis Clericatus cum formali transitu ad statum secularem, uti in militia. Card. de Luc. *cit. d.* 47. n. 10.

2. Ampliatur responsio ab aliquibus primò: ut Clericus dicatur effectus miles in ordine ad hunc effectum amittendi pensionem, quamprimum nomen ejus in matriculam militum est relatum, ita Ventrigl. *loc. cit.* n. 25. citans Ricciull. de person. extragrem. Eccles. existent. l. 7. c. 5. n. 2. & seq. Bald. in l. duos. n. 7. ff. Magist. milit. Ampliatur secundo, ut amittat illico post illam descriptionem ipso jure pensionem, etiam si non pugnasset, nec sava exercuisset; eò quod attendatur solum ad effectum incurrendi irregularitatem, non autem amittendi beneficia, vel pensiones; cum militia secularis in præsentem consideretur solum tanquam probatio voluntatis Clerici dimittendi Clericatum, & assumendi statum secularem, ob omnimodam incompatibilitatem inter duos hos status. Card. de Luc. de pens. d. 46. n. 3. & 4. Ventrigl. *loc. cit.* n. 26. Atque ita opus non esset tria monitione procedentes, hoc enim procedit ad effectum privationis aliorum privilegiorum clericalium, à quibus non bene inferitur ad privationem beneficiorum, & pensionum, Card. de Luc. *cit. d.* 46. n. 6. Unde jam, etiam si post dictam descriptionem pæniteret pensionarius, redeatque post paucos dies ante sava exercita, & habitum clericalem reassumat, non per hoc recuperat pensionem extinctam. Ventrigl. *cit. n.* 26. citans Ricciull. *ubi ante.* n. 21. Ciardin. *controv. for.* c. 36. n. 41. Barbof. *juris Eccl.* l. 3. c. 11. n. 50. Verum hæc ampliationes binæ, & deducte ex illis non placent aliis, directe contrarium tenentibus, & vel sic responsionem limitantibus, nempe Tond. *qq. benef.* p. 3. c. 17. d. à n. 13. ex Ret. *uff. de nominat. q. ult. n.* 63. Lott. l. 3. q. 26. n. 90. Azor. quos ferè verbatenus citatos vide supra, ubi, an vacet beneficium ob assumptam militiam, & quorum doctrina à fortiori militat pro non extinctione pensionis. Addit etiam Tond. *loc. cit.* n. 17. non esse eandem in hoc puncto rationem pensionis beneficialis (hoc est, Ecclesiastica) quò ad ejus extinctionem propter assumptam militiam, quæ est beneficii quò ad ejus amissionem ex eadem causa. Quamvis *ibidem* n. 19. dicat: si tamen talis monitus esset, ut à militia desisteret, & id non faceret, emitteret etiam pensionem sibi in titulum beneficii assignatam. Sic quoque Castrop. de benef. d. 1. p. 11. §. 10. n. 9. expressè docet, debere talem moneri, & si tunc non desistat, eò ipso extinguatur pensio. Item Azor. p. 2. l. 8. c. 10. q. 4. Præterea

3. Limitatur responsio primò à Ventrigl. *loc. cit.* n. 27. (idemque tenent quò ad vacationem beneficii Barbof. & Ricciull.) ut non procedat in Clerico constituto in Sacris; cum is, etiam si se pluries fecit inscribi in numero militum, non per hoc desinat esse Clericus; cum id in ejus potestate non sit. Verum & hoc à nobis rejectum supra; ubi de vacatione beneficii ex hac causa.

4. Limitatur secundo: ut non procedat, etiam in Clerico in minoribus tantum constituto, qui exercitum comitatur, ut ei in ecclesiasticis ministeris inserviat. Ventrigl. *cit. n.* 27. citans Ricciull. *ubi ante.* n. 31. & 32. Et hoc facile concedent omnes.

5. Limitatur tertio: à Card. de Luc. *cit. d.* 46. à n. 9. nempe quòd dicta incompatibilitas militiae secularis cum Clericatu, & eo hac ratione cessante, cessent beneficia, & pensiones reservata Clerico ut clerico, rectè procedat in militia Principis secularis,

ris; non autem in militia Papæ, cui compatibiliter clerici, nedum in minoribus, sed & in majoribus Ordinibus, imò in Prælatu constituti inserviunt in militia, ut docent chronica. Unde & talis succedere potest in feudis Statû Ecclesiastici, quorum Dominus & Princeps est Papa, et si aliâs, ut dictum, feudum in omnibus importet majorem, magisque qualificatam militiam, ut Jason *cons. 119. l. 4. Fagn. in c. que Ecclesiæ de constitut. Et id ipsum multò magis, claritù & extra omnem controversiam procedere, ait idem Card. *loc. cit. n. 12.* ubi Papa (quæ erat species facti, de quò tractat *cit. d. 46. Card. de Luca*) congregasset exercitum (in quo talis pensionarius ageret v. g. tribunum militum) non ad formale bellum offensivum pro alicujus Provinciæ, aut Civitatis acquisitione, vel recuperatione, vel ob inimicitiam cum alio principe, vel ad injuriam ulciscendam, vel ad assistendum alteri principi militanti: sed ad parandam solum defensionem adversus molestias aliquas de facto; unde potius sit quædam electio proprii populi ac subditorum, legregando imbelles & inhabiles, juxta exemplum, quòd legitur *1. Machabæor.* idè què talis non tam faceret se militiæ adscribi, vel militare servitium formiter assumeret, quàm gerere solum pro habilitate, & peritia personæ pares subditi, parati ad proprii principis, propriæque patriæ, ac sui, suorumq; defensionem, quòd Clericis & Ecclesiasticis licitum sit, utpote ex causa defensionis magis, quàm belli & pugnæ, ut constat ex præxi in civitatibus obsessis, seu aliâs hostilem invasionem timentibus, ut Clerici, etiam Regulares sumant arma, ut Bellef. *disq. clerical. de discipl. regular. §. 18. n. 15. Dian. tr. 2. de bello. p. 7. ref. 35. Card. Lugo in resp. mor. l. 5. dub. 1. 4. &c. quos citat Card. de Luc. *loc. cit. n. 13.* Idem esse, ubi non ageretur de Clerico militante in exercitu, sed solum assumente custodiam arcis cujusdam existantis in Pontificio statu Ecclesiastico, ad solum defensionem ob incursionem Turcarum & infidelium; quòd hoc licitum Clerico, etiam in sacris constituto, tradit Card. de Luc. *loc. cit. n. 15.* quin etiam *n. 16.* ait, non improbabiliter sustineri posse, quòd non esset locus extinctioni pensionis in eo Clerico, qui maritimæ classi præfectus, dū ea classis principaliter erecta, & retenta esset pro defensione à Turcarum ac infidelium infestatione.**

6. De cætero, dum agitur de pensione reservata alicui in stipendium pro servitio temporali uti laicò, istam non extingui ob assumptam militiam; cum sit omnino profana, quæ laico competere potest, expressè tradit Tond. *loc. cit. n. 17.*

*Questio 645. An extinguatur pensio clericalis ob initium à pensionario matrimonium?*

1. **R**espondeo: Contrahes per verba de præsentis matrimonium, etiam cum una, virgine; idque, etiam si expressè profiteatur velle se perseverare in statu Clericali, ut Card. de Luc. de pens. d. 46. n. 6. amittit beneficium, & pensiones. Castrop. de benef. d. 1. p. 11. §. 10. n. 3. (ubi etiam, quòd ad quæstionem illam; nam pensio extinguitur per matrimonium aliâs irritum; pari modo respondendum, quòd ad illam: an in eo casu vacet beneficium. Pro quo citat Barbof. de pot. Ep. alleg. 57. n. 206. Sanch. de matrim. d. 44. n. 5. Azor. p. 2. l. 8. c. 10. q. 1. Garc. p. 1. c. 5. n. 105. Paris. l. 1. q. 1. n. 15. Azor. *loc. cit.* Ventrigl. ro. 2. annor. 11. §. 3. n. 16. Tond. qq. benef. p. 3. c. 196. n. 11. (ubi etiam, quòd id procedat, et si pensio fuisset imposita

absque ullo onere) & p. 2. c. 5. §. 4. n. 17. Lott. l. 1. q. 42. n. 43. Idque juxta Constit. Pii V. in Bullar. 73. quam refert Lott. l. 1. q. 40. n. 205. ubi expressè, quòd Clerici matrimonium contracturi, etiam cum unica, & virgine pensiones antiquas retinere non possint. Ratio etiam est, quòd quò ad hunc effectum extinctionis Clericalis, in quo justificabatur gratia reservationis, per initum matrimonium veluti statum secum incompatibilem expirat. Ventrigl. *loc. cit.*

2. Ampliatur responsio ferè, ut ea ampliata fuisset supra de amissione beneficii ob contractum matrimonium primò; ut procedat, etiam si non sit secunda copula. Lott. *loc. cit. n. 46.* Ventrigl. *loc. cit.* Secundò, etiam si matrimonium contractum sit nulliter, modò nullitas non sit ex defectu consensùs, ob ætatem, vel furorem, vel metum. Lott. n. 47. junctio n. 49. (ubi etiam rationem assignat, nempe, quòd vis tota inductiva hujus extinctionis ster in eo transitur, sive de jure, sive de facto; cum semper implicet abjectionem cujusvis emolumentum, aut prerogativæ Ecclesiastici statûs à quo sit transitus) Ventrigl. *loc. cit.* ubi etiam, quòd pendente judicio de matrimonii nullitate ex defectu consensùs, pensio maneat tantisper inextincta, etiam si pensionarius agat pro validitate matrimonii juxta Rotam, in *Barchin. Parochial. 22. Jun. 1622* quam refert Ventrigl. ex Beltran, Tertio, ut, etiam si post matrimonium contractum non consumatum sponsa ingrediatur religionem, pensio tamen maneat extincta. Ventrigl. *loc. cit. n. 21.*

3. Limitatur verò responsio: Primò, ut nullatenus extinguatur pensio per sponsalia, seu promissionem matrimonii de futuro; cum non sit actualis adhuc transitus ad statum illum cum Clericatu incompatibilem. Lott. *loc. cit. n. 49.* & ex eo Ventrigl. *loc. cit. n. 18.*

4. Secundò, ut neque procedant præmissa, dum sermo est de pensione reservata pro ministerio aliquo temporali compatibili cum matrimonio, v. g. pro custodienda Ecclesia. Lott. n. 50. Ventrigl. n. 17. citans Garc. p. 1. c. 5. n. 105.

5. Tertio, ut non extinguatur pensio Clericalis per contractum matrimonium, si cum tali Clerico; ut pensionem clericalem retinere valeat, etiam si matrimonium contraheret, fuit per Papam dispensatum, intellige antecedenter & præventivè, dum nimirum (utpote nunquam solitus, aut volens dispensare super retentione, vel capacitate pensionis cum Clerico in matrimonio futuro; præterquam ex suppositione, continuatione statûs Ecclesiasticitatis, ne pusilli ignorantes scandalizentur. Lott. l. 1. q. 40. n. 198.) vel præservat Clericatum illegitimum, non obstante conjugio futuro, aut etiam bigamia, quantumcunque reiterandâ, suspendendo, seu avertendo omnes effectus juris. Lott. *loc. cit. n. 199.* juxta dicta ex eodem supra. Vel ex suppositione jém elisi Clericalis; conservat tamen personæ dispensatæ (nimirum etiam antecedenter seu præventivè) eundem statum Ecclesiasticitatis, aut persistentiam in famulatu Ecclesiæ, v. g. in milite Lauretano, aut in militia aliqua regulari, quæ matrimonium permittit. Lott. *loc. cit. n. 199.* adeoque dum hoc secundo modo dispensans inscribit dispensato literas tanquam Clerico, qualitas illa ster tantum demonstrativè; cum, ut dictum, ex suppositione Clericalis jam elisi præservat eundem statum Ecclesiasticitatis, Lott. n. 203, restringit autem, dum hoc secundo modo dispensat, ferè gratiam suam